

Codice Diplomatico Longobardo I, 114

+ In Dei nomine. regnante domno nostro Aistulfo rege, anno regni eius quinto, mense iulio, per indictione septima; feliciter. Certus sum ego Uualprand in Dei nomine episcopus, quia ex iussione domni nostri Aistulfi regis directus sum in exercito ambulandum cum ipso; unde sic dispensare preuidi de omnibus rebus meis, ut, dum adiuuere muero, omnia in mea sit potestate uindendi, donandi, quid facere uel iudicare adhuc uoluero. et si mihi occasio mortis obuenerit, uolo ut omnes res meas que iniudicata uel non uinduta aut non donate remanserit, duas partes habeat ecclesia Sancti Martini, ubi nunc presenti ego pontifex esse uideor; et taliter uolo, ut una pars de ipse duo portionis, quas in ecclesia Sancti Martini feci, debeat esse in senodocio qui a domno Talesperiano episcopo hic fore muro ciuitatis constructum [est]; et tertiam partem habeat ecclesia Sancti Fridiani, ubi ipse sanctus corpus requiescit; et quarta parte habeat ecclesia Sancte Reparate, ubi Garimundus clericus custor esse uidetur, ut sacerdotes, qui in ipsas ecclesias ordinati fuerent, pro facinoribus meis Dominum deprecare debeant. seruos autem meos uel ancillas uolo ut liueri omnes esse debeant et a ius patronati absoluti, sicut illi homines qui ex nubile genere procreati et nati esse uidentur. et si quis de successoribus meis post meo decesso uel sacerdotes, qui in suprascriptas ecclesias ordinati fuerent, neglectum posuerent pro anima mea Dominum deprecando aut elemosina faciendo, dum cunctis inluxerit dies ille tremendus, iudicium mecum habeant ante omnium Creatorem. et uos fratres meos Perprand et Pertifuns, uolo ut habeatis parte mea de pecunia nostra in Corsica in integrum; et in hoc sitis contempti. et hec, qualiter supra legitur, inuolabiliter debeat permanere; et qualiter iudicauit, post meo decesso nullus aliquando posse dirumpi. et si Domino placitum fuerit, et hic sanus reuersus fuero, hec decretionis cartula ad me reuertatur, et nullum rouorem habeat. Et Osprando subdiacono nostro scriuere precepimus. Actum in Luca, in domo sancte ecclesie. Et, quod menime recordatus sum, quidquid indiuisum de rebus meis remanserit, aut quod per quocumque ingenio mihi legibus pertinet, mobile uel immobile, uolo ut, sicut supra legitur, in suprascriptas ecclesias debeat esse potestate. sic tamen, ut supra dixi, post decesso meo in eo ordine permaneat. + Ego Uualprand in Dei nomine episcopus in hanc iudicati pagina a me facta, sicut superius legitur, proprias manus meas subscripsi, et testiuus tradedi subscriuenda. + Ego Ospert exiguus diaconus iussus a domno Uualprand episcopo in hanc pagina iudicati proprias manus meas testis subscripsi. + Ego Buccio presbitero rogatus a domno Uualprand episcopo in hanc pagina iudicati proprias manus meas testis subscripsi. + Ego Gauspertus exiguus clericus et rector ecclesie Sancti Fridiani rogatus a domno Uualprand episcopo in hanc pagina iudicati proprias manus meas testis subscripsi. Signum + manus Garimund uiri deuoti testis. Signum + manus Gairipert uiri deuoti testis. Ego ipse Osprand subdiaconus supradictus scriptor quantum in autenticum inueni, nec plus addedi, nec menime scripsi; et presens exempla data est Mauri, qui fuit supradicti bone memorie quondam Uualprand episcopi.